

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

QV AEST. XIII.

ARTIC. I.

similitudinis proportionalis, sed etiam est redditum vera causa, quare anima Christi immoedita re Iesu sine medio docet. Non est autem eiusdem docere & doceri. ergo Christus non accepit scientiam ab angelis.

RESPON. Dicendum, quod si cut anima humana media est inter spirituales substantias & res corporales, ita duobus modis natra est perfici. Vno quidem modo, per scientiam acceptam ex rebus sensibiliibus: alio modo, per scientiam inditam, sive impressam ex illuminatione spiritualium substantiarum. Vt quoque autem modo anima Christi fui perfecta: ex sensibiliibus quidem secundum scientiam experimentalem, ad quam quidem non requiritur lumen angelicum: sed sufficit lucidus.

In responione ad
primum, nota quod
coformatione Chri-
sti ab angelo fuisse
testificationis na-
turae humanae, non au-
fert quin fuerit indi-
genus, non ut ege-
ret initio ab ange-
lo; sed quia egeret
exteriori ac sensibili
propositione obici-
ter feruari in interiori
partis, ne plus cru-
ciatus propastionis
procederet.

Ad cuius eviden-
tiam, oportet nunc
longioriter dilucide-
re. Sed etiam deinde
inclusum est, quod
intraeunt in
dictum angelorum. sed hinc illi
men intellectus agetur: ex impref-
tione uero superiori secundum
scientiam infusam, quam est im-
mediate adeptus a Deo. Sic ut
enim supra communem modum
creatura anima illa, unita
est uerbo in unitate personæ, ita
supra communem modum ho-
minum, immediate ab ipso Deo
uerbo repleta est scientia & gra-
tia. Non autem medianibus an-
geli, qui etiam ex influentiaver-
bi, rerum scientiam in sui princi-
pio acceperunt, sicut in 2. super
Gen. ad literam Aug. *dicit.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod illa confortatio angelī non fuit per modum instrūtiōis, sed ad demonstrādūm proprietatem humānā naturā. Vnde Beda dicit sūp̄ Luc.* In documēto utriusque naturā & angelī ei ministrāle, & cum confortasse dicuntur. Creator enim creaturā suā non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur, ut scilicet in nobis fides incarnationis ipsius confirmetur.

A D S E C V N D V M dicendum, q
Dion. dicit Christum fuisse for
mationibus angelicis subiectum,
non ratione sumptus, sed ratione
corū, quæ circa eius incarnationem
agebantur, & circa ministratio
nem eius in infantiliestate cō
stitui. Vnde ibidem subdit, quod
per medios angelos nuntiavit Io
seph a patre disp̄sata Iesu ad A
cgyptum recessio, & rursus ad Iu
dæam de Acgypto traductio.

AD TERTIUM dicendum, [¶]
filius Dei assumptus corpus pati-
bile, ut infra dicetur, * sed anima
perfectam scientia & gratia: & iō
corpus eius conuenienter sive
subiectum impressioni cælestiū
corporum: anima vero eius non
sive subiecta impressioni cælestiū
spirituum.

F QV AESTIO XIIII.

EIN DE considerandi
est de potentia anima
Christi.

Et circa hoc quae
runtur quatuor.

Primò, Vtrum habuerit omn
potentiam simpliciter.

G Secundò, Vtrum habuerit omni potentiam respectu immutacionis creaturarum.

¶ Tertiò, Vtrum habuerit omn
potentiam respectu proprii corpo
ris.

¶ Quartò, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu executionis suæ uoluntatis.

W. H. Gaskins.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

H **A**D PRIMVM sic proceditur
Videtur quod anima Christi
filii habuerit omnipotenciam.
Dicit enim Amb. *sup Luc.
Potentiam, quam Dei filius natu-
raliter habet, homo erat ex tempore
re accepturus: sed hoc precipue
detur esse secundum animam
qua est potior pars hominis.

I Cum ergo filius Dei ab eterno omnipotentiam haberet, videatur quod anima Christi ex tempore omnipotentiam accepit. **P. 2** Præterea. Sicut potentia Dei est infinita, ita etiam & eius scientia: sed anima Christi habet omnium scientiam, quæ scit Deus quodammodo, ut supra dictum est. Ergo etiam habet omnium potentiam, & ita est omnipotens.

K ¶ 3. Præt. Anima Christi habet omnem scientiam: sed scientiarum quædam est practica, quædam speculativa. ergo habet eorum, quæ scit, scientiam practicam, ut scilicet sciat facere ea, quæ scit. Et sic uidetur, quod omnia facere possit.

SED CONTRA, Illud, quod
est proprium Dei, non potest
alicui creaturæ conuenire: sed
proprium est Dei esse omnipoten-
tem, secundum illud Exo-
di decimoquinto. Iste Deus me^z,
& glorificabo eum. Et postea
subditur, Omnipotens nomen
eius: ergo anima Christi, cum sit
creatura, non habet omnipoten-
tiā.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictū est,*^{q. 12} in mysterio incarnationis ita facta est uirgo in^{2.}

<sup>* cap. 5. 2016
med.</sup>
Jis probatur: quia anima Christi est pars humanae naturae non diuina.

¶ Adverte hic, quod qualiter omnipotens sequatur esse ipsum in se subsistens, ac per hoc illimitatum & infinitum superponimus ex doctrina Primi libri notum.

Illa autem proposicio. Quilibet res habet potentiam actionis respectuorum, ad quae se extendit secundum naturem perfectionis, cum grano falso sumenda sit, hoc est, ut intelligatur in genere rerum actiuarum.

Quod dico proper formas, que non sunt ex suo genere actiones, ut quantitas, & relatio-

In reponso ad tertium, adverte, quod Auctor hic corrigit loquendi modum de scientia animae Christi respectu omnium, que a Deo sunt. Interius namque sententia dicitur, art. alti. ad secundum, vocauerat practicam sicutianam, quam hic probat non esse practicam, quia non est facta. Et tu doctrina hanc sequeris.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab eterno, per ipsam uniuersum personam, ex qua factum est,

ut sicut homo dicitur Deus, ita dicitur omnipotens, non quasi sit alia omnipotentia hominis, quam filii Dei, sicut nec alia deitas: sed eo quod est una persona Dei, & hominis.

AD SECUNDUM dicendum, quod alia ratio est de scientia & de potentia actiua, sicut quidam dicunt. Nam potentia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo quod actio consideratur ut egrediens ab aente. Scientia autem non semper habetur per ipsam essentiam scientis, sed potest haberi per assimilationem scientis ad res locutas, secundum similitudines susceptras: sed haec ratio non videtur sufficere: quia sicut aliquis potest cognoscere per similitudinem suscepit ab alio, ita etiam potest agere performans ab alio suscepit: sicut aqua vel ferrum calefacit per calorem suscepit ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut anima Christi per similitudines omnium rerum sibi a Deo inditas, potest omnia cognoscere, ita per easdem similitudines possit ea facere.

Ergo videtur ulterius considerandum, quod id quod a superiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem perfectione & uirtute recipitur ab aqua, qua est in igne, quia igitur anima Christi inferioris naturae est, quam natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secundum eandem perfectionem & uirtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quod scientia animae Christi est inferior scientia diuina, quantum ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, quam anima Christi, & quantum etiam ad numerum scitorum: quia anima Christi non cognoscit omnia, que-

persona, quod tamen remansit distinctio naturarum, utraque, scilicet natura retinente id, quod sibi est proprium. Potentia autem actionis cuiuslibet rei, sequitur formam ipsius, quae est principium agendi. Forma autem uel est ipsa natura rei, sicut in simplicibus, uel est constituens ipsam rei naturam, in his scilicet, quae sunt composita ex materia & forma. Vnde manifestum est, quod potentia actionis cuiuslibet rei, consequitur naturam ipsius. Et per hunc modum, omnipotencia consequenter se habet ad diuinam naturam: quia enim natura diuina est ipsum esse Dei incircumscriptum (ut patet per Dion. * 5. c. de Diu. no.) inde est, quod habet potentiam actionis respectu omnium, quae possunt habere rationem entis, quod est habere omnipotentiam: sicut & qualibet alia res habet potentiam actionis respectuorum, ad quae se extenderit per seipsa sua naturae, sicut calidum ad caletacidum.

Cum igitur anima Christi sit pars humanae naturae, impossibile est, quod omnipotentia habeat.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab eterno, per ipsam uniuersum personam, ex qua factum est,

Deus potest facere, quod tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiae, licet cognoscat omnia presentia, preterita & futura, quia Deus cognoscit scientia uisionis. Et similiter similitudines rerum animalium Christi indire, non aequaliter uirtutem diuinam in agendo, ut possint omnia agere, quae Deus potest, uel etiam eo modo agere, sicut Deus agit, qui agit in finita uirtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliquajiter habendam requiratur uirtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit uirtutis infinita, quedam tamē sunt que non possunt fieri, nisi a uiritate infinita, sicut creatio, & alia huiusmodi, ut patet ex his, quae in prima parte dicta sunt. * & ideo anima Christi, quae cum sit creatura, est uirtutis finita, potest quidem omnia cognoscere, sed non per omnem modum, non autem potest omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotentiae. Et inter cetera manifestum est, quod non potest creare seipsum.

P.P.Q.45.

Ad TERTIUM dicendum, quod anima Christi habuit & scientiam practicam & speculatoriam, non tam oportet, quod omnium illorum habeat scientiam practicam, quorum habuit scientiam speculatoriam. Ad scientiam enim speculatoriam habendam, sufficit sola conformitas uel assimilatio scientis ad rem scitam: ad scientiam autem practicam requiritur, quod formae rerum, quae sunt in intellectu, sint factae. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quam ictum habere formam, sicut plus est lucere & illuminare, quam solum lucere. Et inde est, quod anima Christi habet quidem speculatoriam scientiam creandi (scilicet enim qualiter Deus creat) sed non habet huius rei scientiam practicam, quia non habet scientiam creationis factuum.

ARTICVLVS II.

¶ Super questionis tertia decima articulum secundum.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

T Itulus, ut sonat intelligendus est.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Dicit enim ipse Matth. ultim. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: sed nomine Celi & terreni intelligitur omnis creatura, ut patet cum dicit Gene. 1. In principio creauit Deus celum, & terram. ergo uidetur quod anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 2 Præte. Animam Christi est perfectior qualibet creatura: sed qualibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug. * in 3. de Tri. quod sicut corpora crassiora & inferiora, persubtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum uitam rationalem, & spiritus uitam rationalis defertur, atque peccator, per spiritum uitam rationalem pium & iustum. Animam autem Christi etiam ipsos supremos spicula a pri. tom. 3.

1.3. c. 4. 200.

Quo ad secundum prima conclusio est: Animam Christi secundum propriam uirtutem habuit potestiam ad illos efficiens.